

INTROIT Psalms 83: 10-11

Protéctor noster, áspice, Deus, et respice in faciém Christi tui: quia mélior est dies una in átriis tuis super millia. (Ps. 83: 2, 3) Quam dilécta tabernacula tua, Dómine virtútem! concupiscit, et déficit ánima mea in átria Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Protéctor noster, áspice, Deus, et respice in faciém Christi tui: quia mélior est dies una in átriis tuis super millia.

COLLECT

Custódi, Dómine, quæsumus, Ecclésiám tuam propitiatióne perpétua: at quia sine te lábitur humana mortálitás; tuis semper auxiliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Giles, Abbot

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Ægidii Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur.

For Twelve Holy Brothers, Martyrs

Fraterna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætificet: quæ et fidei nostræ præbeat increménta virtútum, et múltiplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Galatians 5: 16-24

Fratres, Spíritu ambuláte, et desidéria carnís non perficiétis. Caro enim concupiscit advérsus spíritum, spíritus autem advérsus carnem: hæc enim sibi invicem adversántur: ut non quæcúmque vultis, illa faciátis. Quod si spíritu ducimini, non estis sub lege. Manifésta sunt autem ópera carnís, quæ sunt fornicáció, immundítia, impudicítia, luxúria, idolórum sérvitus, venefícia, inimicítia, contentiões, æmulatiões, iræ, rixæ, dissensiões, sectæ, invidiæ, homicídia, ebrietates, comessatiões, et his simília; quæ prædíco vobis, sicut prædixi: quóniam, qui tália agunt regnum Dei non consequéntur. Fructus autem Spíritus est: caritas, gáudium, pax, paciéntia, benignitas, bónitas, longanimitas, mansuetúdo, fides, modéstia, continéntia, cástitas. Advérsus hujúsmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vítiis et concupiscéntiis.

GRADUAL Psalms 117: 8-9

Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in hómine. Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in príncipibus. Allelúja,allelúja.(Ps. 94: 1) Veníte, exultémus Dómino: jubilémus Deo salutári nostro. Allelúja.

GOSPEL Matthew 6: 24-33

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Nemo potest duóbus dómínis servíre: aut enim unum ódio habébit, et álterum díligit: aut unum sustinébit, et álterum contémnet. Non potéstis Deo servíre, et mammónæ. Ideo dico vobis, ne sollíciti sitis ánimæ vestræ quid manducétis, neque córpori vestro quid induámíni. Nonne ánima plus est quam esca: et corpus plus quam vestiméntum? Respícite volatília cæli, quóniam non serunt, neque metunt, neque cóngregant in hórrea: et Pater vester cæléstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cógitans potest adjícere ad statúram suam cúbitum unum? Et de vestiménto quid sollíciti estis? Consideráte lílla agri, quómodo crescunt: non labórant, neque nent. Dico autem vobis, glória nec Sálomon in omni glória sua coopértus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hódie est, et cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit: quanto magis vos módicæ fidei? Nólite ergo sollíciti esse, dicétes: Quid manducábimus, aut quid bibémus, aut quo operiémur? Hæc enim ómnia gentes inquírunť. Scit enim Pater vester, quia his ómnibus indigétis. Quærite ergo primum regnum Dei, et justítiam ejus: et hæc ómnia adjiciéntur vobis.

OFFERTORY Psalms 33: 8-9

Immíttet Angelus Dómini in circúitu tíméntium eum, et erípiet eos: gustáte et vidéte, quóniam suávis est Dóminus.

SECRET

Concéde nobis, Dómine, quæsumus, ut hæc hóstia salutáris, et nostrórum fiat purgátio delictórum, et tuæ propitiatio potestátis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Giles, Abbot

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Ægídus Abbas, quæsumus, in salútem nobis proveníre depóscat.

For Twelve Holy Brothers, Martyrs

Mystéria tua, Dómine, pro sanctórum Mártyrum tuórum commemoratióne devóta mente tractémus: quibus nobis et præsidium crescat, et gáudium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 6:53

Primum quærite regnum Dei, et ómnia adjiciéntur vobis, dicit Dóminus.

POSTCOMMUNION

Puríficent semper et múniant tua sacraménta nos, Deus: et ad perpétuæ ducant salvatiónis efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Giles, Abbot

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptiõe sacraménti beátus Ægídus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiõnis percipiámus suffrágia.

For Twelve Holy Brothers, Martyrs

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, quorum memóriam sacraménti participatiõe recólimus, fidem quæque proficiéndo sectémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Behold, O God, our protector, and look on the face of Thy Christ: for better is one day in Thy courts above thousands. (Ps. 83: 2, 3) How lovely are Thy tabernacles, O Lord of hosts! my soul longs and faints for the courts of the Lord. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Behold, O God, our protector, and look on the face of Thy Christ: for better is one day in Thy courts above thousands.

Keep, we beseech Thee, O Lord, Thy Church with Thy perpetual mercy: and because without Thee the frailty of man is wont to fall, save it ever by Thine aid from all things hurtful, and lead it to all things profitable to salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the intercession of blessed Giles the Abbot commend us unto Thee, we beseech Thee, O Lord: so that what we cannot acquire by any merits of ours, we may obtain by his patronage.

May the fraternal crown of Thy martyrs, O Lord, make us joyful; may it procure for our faith increase of virtues and comfort us with a manifold intercession. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, walk in the spirit, and you shall not fulfill the lusts of the flesh: for the flesh lusts against the spirit, and the spirit against the flesh; for these are contrary one to another; so that you do not the things that you would. But if you are led by the spirit, you are not under the law. Now the works of the flesh are manifest, which are fornication, uncleanness, immodesty, luxury, idolatry, witchcrafts, enmities, contentions, emulations, wraths, quarrels, dissensions, sects, envies, murders, drunkenness, revellings, and such like: of which I foretell you, as I have foretold to you, that they who do such things, shall not obtain the kingdom of God. But the fruit of the Spirit is charity, joy, peace, patience, benignity, goodness, longanimity, mildness, faith, modesty, continency, chastity. Against such there is no law. And they that are Christ's have crucified their flesh with the vices and concupiscences.

It is good to confide in the Lord, rather than to have confidence in man. It is good to trust in the Lord, rather than to trust in princes. Alleluia, alleluia. (Ps. 94: 1) Come, let us praise the Lord with joy; let us joyfully sing to God our Savior. Alleluia

At that time Jesus said to His disciples: No man can serve two masters; for he will hate the one and love the other, or he will sustain the one and despise the other. You cannot serve God and mammon. Therefore I say to you, be not solicitous for your life, what you shall eat, nor for your body, what you shall put on. Is not the life more than the meat, and the body more than the raiment? Behold the birds of the air; for they neither sow nor do they reap, nor gather into barns, and your heavenly Father feeds them. Are you not of much more value than they? And which of you, by taking thought, can add to his stature one cubit? And for raiment, why are you solicitous? Consider the lilies of the field, how they grow; they labor not, neither do they spin: but I say to you, that not even Solomon in all his glory was arrayed as one of these. Now if God so clothe the grass of the field, which is today, and tomorrow is cast in the oven, how much more you, O ye of little faith! Be not solicitous therefore saying: What shall we eat, or what shall we drink, or wherewith shall we be clothed? for after all these things do the heathen seek. For your Father knows that you have need of all these things. Seek ye therefore first the kingdom of God, and His justice; and all these things shall be added unto you.

The Angel of the Lord shall encamp round about them that fear Him, and shall deliver them: O taste and see that the Lord is sweet!

Grant unto us, we beseech Thee, O Lord, that this saving victim may both be the cleansing of our sins, and the appeasing of Thy might. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the holy Abbot Giles, we beseech Thee, O Lord, obtain by his prayers, that the Sacrifice laid on Thy holy altar, may profit us unto salvation.

In commemoration of Thy holy martyrs, O Lord, we devoutly engage in Thy mysteries, by which may our help and our joy alike increase. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Seek ye first the kingdom of God: and all things shall be added unto you, saith the Lord.

May Thy Sacraments, O God, ever cleanse and defend us; and lead us to the attainment of eternal salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the pleading of blessed Giles the Abbot for us, as well as the reception of Thy Sacraments, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the help of his intercession.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we may improve by following the faith of those whose memory we venerate by the sacrament of Thy sacrament. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.